

Heuter, Pontus (1535-1603)

Opera historica omnia; Burgundica, Austriaca, Belgica: ... Insertus est ejusdem De vetustate et nobilitate familiae Habsburgicae et Austriacae liber singularis. Accessereq. De veterum ac sui saeculi Belgio libri duo; ... Nunc primum simul edita, ... Lovanii, typis ac sumptibus Iudoci Coppenii, 1651.  
(8)+263 s.+Index(10) s.+(23)+460+147 s.

4<sup>e</sup> Gad. n:r 1662. Folio.

[Louvain]

Pergamentband. Årtalet 1655 på pärmen.

HEUERI  
BURGUNDICA  
AUSTRIACA  
BELGICA.

D

W

1

6

5

3

PONTI HEVERTI, DELFII,  
PRÆPOSITI ARNHEMENSIS,  
OPERA  
HISTORICA  
OMNIA;  
BURGVNDICA,  
AVSTRIACA,  
BELGICA:

De rebus à Principibus **BVRGVNDIS** atque **AVSTRIACIS**,  
qui **BELGIS** imperarunt, pace belloq; præclare gestis.

Insertus est eiusdem **DE VETVSTATE ET NOBILITATE FAMILIÆ**  
**HABSPVRGICÆ ET AVSTRIACÆ** Liber singularis.

Accessereq; **DE VETERVM AC SVI SÆCVLI**  
**BELGIO** Libri duo; aliæque.

Nunc primùm simul edita, operâ atque industria Viri docti  
recensita, & Capitibus distincta.

*editio prima auctoris.*



LOVANIÏ, *K/A*

Typis ac Sumptibus **IVDOCI COPPENII**,  
Bibliop. & Typogr. Iurati

ANNO M. DC. LI.

CVM GRÀTIA ET PRIVILEGIO REGIO. 114

D E  
P O N T I H E V T E R I  
V I T A E T S C R I P T I S

EX BIBLIOTH. BELGICA

CL. V. VALERII ANDREÆ, DESSELI, I. C.

**P**ONTVS HEYTERVS (vulgò HEVITER) nascitur Delphi Batavorum anno CIO. IO. XXXV. x. Kal. Septembriæ, patre urbu Pratore, è patricij ordinis maioribus oriundus. Puer, post didicita patrio in solo prima litteratura rudimenta, Leidam ablegatus, dum ibidem an. CIO. IO. XLIX. III. Kal. Octab. more maiorum Philippus II. Caroli V. Fil. in Comitum Hollandia inauguratur, ipse quoque HEYTERVS, relique turba mixtus, cum populo sacramentum dicente manus se suas leuasse, atque exinde numquam se hoc puerile sacramentum, Dei auxilio, violasse gloriari solet. Annorum quindecim adolescens Machlinia apud Franciscum Pauli, doctum probumq; Sacerdotem, bonu litteris operam dedit: indeq; Bruxellu agens anno CIO. IO. LV. Carolo V. Imp. de Belgicarum Provinciarum imperio decedente, cedenteq; eas Philippo filio idem HEYTERVS inter alios, omniu atatu homines, irrepens, insolito, & inaudito ab omni hominum memoriâ, spectaculo interfuit. Tum Galliam adiit, ac Lutetia Parisiorum, in illo orbis terrarum velut quodam microcosmo anno CIO. IO. LX. aliquantisper substitit. Patria redditus, statum vita Ecclesiasticum amplexus fuit, Canonicus primùm Garcomiensis, ac postea, rebus ibidem turbatis, ad S. Trudonem in Eburonibus, auctus postremo & Propositorum Arubemensis apud Geldros dignitate ac titulo; totus viginti quinque annis patriâ bonisq; exulans. Vir fuit exquisitè & variè doctus, in prisca Romanorum ævi, Belgarumq; in primis, rebus demum fortiss; præclarè gestu versatus; ad hæc in Principum ac Nobilium familijs atque genealogijs eruendis, disponendisq; fidus & industrius. Scripsit Rerum Burgundicarum Libros VI. De rebus gestu eorum, qui è Valesia Francorum Regum familia apud Burgundas ac Belgas imperarunt: cum Genealogijs Familiarum, quarum in opere illo fit mentio. Antver. typis Plant. 1583. fol.

Rerum Belgicarum atque Austriacarum libros XV. qui Vitas resq; à Principibus Austriacis in Belgio gestas continent: quibus præmittitur Tract. De Vetustate & Nobilitate Familiæ Habsburgicæ. Ibid. typis Nutij. 1598. 4. Continuauit postmodum idem opus, Historiâ secessionis Belgicæ conscriptâ, deductaq; ab anno CIO. IO. LXIV. usque ad annum CIO. IO. LXXV. & vitrà; soletq; aliquando adseruari in Camera Finantiarum Bruxellu.

De Veterum ac sui sæculi Belgio libb. II. Quibus adherent,

Monetæ veterum ac sui sæculi Analogica Comparatio.

De Mensuris Longitudinum vet. in faciendis Itineribus.

Etyma variorum Nominum Germanicæ originis.

De Libera Hominis natiuitate, seu De Liberis Naturalibus. Ibid. apud Ioan. Keerbergium, 1600. 4. Simul verò hæc omnia edita Louanij, typis Iudoci Coppenij, 1649. fol.

*Scriptis præterea De Orthographia Belgica Belgicè. typis Plant. 1582. 8.*

*Denique, eodem auctore, Historiolam rhythmicam De Martyribus Gorcomienfibus ( è quorum numero tantum non & ipse HEVTERVS fuit, nisi placuiffet Ioanni Oumallo, Canonico antehac Leodiensì, postea Ecclesia Catholica impio & sacrilego defertori, propterea quòd Latine Gallicèq; calleret exactè, eum vitâ donatam sibi Scribam atque Oeconomum adfiscere ) laudat Gul. Eiliius lib. III, cap. XLIV. & lib. IV, cap. XVII. item Petr. Opmeerus Decade 2, lib. III, De Martyribus Hollandia.*

*Deceffit Trudonopoli anno Dom. clò. lò. II. vIII. Eid. Augusti. Amico Epitaphium Nic. Oudaertus scripsit :*

HEVTERO tribuunt Bataui cunabula *Delfbi,*  
Et studijs Christi Pieridumque dicant.  
Hæresis extorrem sed agit, laqueo antè necatum  
Tantum non : furias sic moderante Deo.  
Belgica conscripsit; rigat ossa *Cisindria* functi,  
Diue vbi Sarchinij mœnia, *Trudo*, foues.

#### T E N O R   P R I V I L E G I I .

**R**egia Maiestatis Privilegio tantum est, ne quis citra voluntatem IUDOCI COPPENII imprimat, aut alibi impressa in ditiones suas importet, distrabatur PONTI HEVTERI DELFII, Præpositi Arnhemensis, OPERA OMNIA, sub penis dicto Privilegio comprehensis, ut patet ex litteris, datis Bruxellæ XVI. Maij Anno clò. lò. XL.

Sig. LOYENS.

#### C E N S V R A .

**L**ibri sex Rerum Burgundicarum, & alij quindecim Rerum Belgicarum. auctore PONTO HEVTERO DELFIO, Præposito Arnhemensi, nihil continent Ecclesiæ Catholicæ, Romanæ fidei nec Religioni aduersum, ac proinde cum utilitate ac fructu Lectorum excudi posse censeo. Actum Bruxellæ, XXII. Decembris, Anno clò. lò. XCII.

*Ita Attestor MARTINVS COOLS*  
*Librorum Censor.*